

SVBSCRIPTÆ QVÆSTIONES CVM SVIS


ASSERTIONIBVS DISPVTABVNTVR XVII. KAL. IANVARIAS

pro conferendo Doctorali pileo in S. Theologia Venerando Viro Domino. M. Gabrieli Talbamero.

Respondente egregio. Lib. artium Magistro Guilhelmo Vuisbeckio.

Promotore D. Michaële Vuagnero.

Quæstio Expectatoria.



Trocitas nouorum Felicianorum, qui templa Deo superbenedicto consecrata subruunt, & ornatum omnem cum picturis religioſe uenerandis tollunt, facit ut ad consolationem puſillorum quaeramus, quaë sanctorum patrum ac totius Eccleſiæ Catholice, hac de re ſit uera definitio.

Concluſio Prima.

Vir fidelis dum aduerſus Eccleſiaſticas conſtitutiones recalcitrat, definit eſſe homo, non ſecus quaë olim Circes transformaffe dicitur, homines in beſtias, & rex impius uerſus eſt in bouem.

Appendix.

Mos eſt ſcripturae ſacrae, hominibus pro diuerſitate morum ac uitae omnis generis animantium appellationes tribuere.

Concluſio II.

Ex legali, Prophetica, Apoſtolica, patrumque traditione inſtructi ſumus, hanc eſſe ueritatem pietatemque, ut in ſanctis Eccleſiis uenerandae Imagines colantur. Docente idem annorum multorum conſuetudine, ab Apoſtolorum temporibus hucusque probata, ait Leo Rhodius.

Appendix Prima.

Antiquiſſimum ac ſacroſanctum piorum Imaginum uſum ſemper inter Chriſti fideles fuiſſe dicimus, perſuaſi ſacto. D. Lucae (cuius laus eſt per omnes Eccleſias) qui typos aſſumptae humanitatis domini, Virginisque Matris arte mirifica effinxit, coluit & Chriſtianis uenerandos reliquit.

Appendix II.

Idem fecerunt, Diuus Nicodemus, qui uenit ad Ieſum nocte, Diui quoque Chryſoſtomus, Baſilius, Athanaſius. Silueſter primus, Gregorius Magnus, Vetiſſimus item Theologus ille Iſydorus Peluſiotes, cuius hoc elogium celebre fertur, Templi non ornati agalmate, ratio nulla.

Appendix III.

Nec negamus ſacris Imaginibus, eſſe ſuperna benignitate uirtutem pijs adiutricem ad eſſe poſſe, Cum os aureum dicat. Ego & ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui. Vidi enim Angelum in Imagine barbarorum nubes propulſantem, Vidi barbarorum cohortes conculcatas, & Dauidem uere dicentem, Domine in Ciuitate tua Imaginem eorum ad nihilum rediget.

Concluſio III.

Nos ſimulachrorum in Eccleſia cultum auferri nolumus, uel ob hoc ipſum, quod moneant, doceant, & non ſecus ac florida prata mentes plorum uſque ad lacrimas commoueant.

Recte enim Poeta.

Segnius irritant animos demiffa per aurem,
Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quae,
Ipſe ſibi tradit ſpectator.

Postremo, definitio Sacri Niceni conſilij ſic habet.

- I. Qui Venerandas & ſanctas Imagines non amplectitur. Execratio.
- II. Qui aſſerunt Chriſtianos, Imagines adorare ut Deos. Execratio.
- III. Qui fauent ex animo uiolatoribus & ignominia afficientibus ſanctas Imagines. Execratio.

Quæſtio Veſpertina.

Vtrum deceat & expediat, auctis ex Chriſtianorum Principum & aliorum fidelium pia largitate Eccleſiæ rebus, Tempa & Altaria magnifice conſtrui, atque in miniſterio ſacro precioſis uti ueſtimentis?

Concluſio Prima.

Donationem religioſiſſimi Imperatoris Diui Constantini, qua Domum Dei, poſt calamitates innumeras, egregie dilatata & ſuffultam nouimus, nemo iure reprehendet.

Corollarium.

Vt quis domui ſuae bene praefit, Eccleſiæ Dei diligentiam habeat, hoſpitalitatem ſectetur, & alia beneficentiae officia peragat, neceſſario habebit facultates non modicas, unde ad omne opus bonum inſtructus eſſe poſſit.

Concluſio Secunda.

Conſultius fuit, fideles dum multiplicarentur locupletati, praedia & agros tradere Matricibus Eccleſiarum, & diſpenſationem rerum concedere Episcopis & Sacerdotibus, quam (ut ab initio fiebat) omnia uendere, & fugaces conferre pecunias.

Coroll.

Clerici qui mendicare nolunt, licite poſſunt de rebus Eccleſiæ uiuere, nec dicendi ſunt Eleemoſynas abſumere.

Concluſio Tertia.

Episcopus aut Miniſter Eccleſiæ, dum ſuo officio fungitur, fulgens ac ſplendidus incedere debet, ne tanquam exilis & mendicus a rudi & imperita plebe, quae uirtutes hominum interiores ac animi bona non conſiderat, contemnatur.

Coroll.

Ornatus precioſus in omni domo Dei, non eſt culpandus, quandoquidem ad ſolius Dei Opt. Max. gloriam & honorem ordinatur, non ad inanem aut ſecularem pompam.

Definitio Eccleſiæ.

Qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ aufert, fraudat & rapit non ſolum ultione diuina, quaë regem Babylonium & Heliodorum corripuit, ferietur, uerum etiam in conſpectu mortalis Iudicis Sacrilegus & Homicida deputabitur.

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...

RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...
RESCRIPTIONES QUAE AD RESCRIPTIONES QUAE...